486 cillarionibus que vniuersis non solum j[ur]e seu successoribus
suis remediis ac beneficiis juris quibuscunque con
inscriptionem praefatam quocunque modo militari possunt pe
nitus abrenunciando suo et suorum successorum sub ami
ssione totius causae, ac solutione ac restitutione vadii
seu vadiorum quo vel quibus solutis atque inscriptione
praefati et eius contentis satis quibus opus fuerit satisfacere
tenebitur et eius posteri tenebuntur. Nulla prescriptione
terrestri diuturnitate taciturnitate temporis abu
su inscriptionis silentioque juris in praemissis obstan[te].

Castellanus Praemisliensis Quietat Stadnicky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castrensibus Premisliensibus Magnificus Joannes Fredro de
Plesczowice Castellanus Premisliensis recedendo a fo
ro suo proprio praefati vero juris dicioni se cum suc
cessoribus ac bonis suis quo ad infrascripta attinet
incorporando sanus mente et corpore existens pure alte
ac per expressum recognouit. Quod a Generoso
Andrea Stadnicki de Zmigrod in Dubiecko Summe
summam Trium millium florenorum pecuniae debiti certi
sibi per eum actis terrestribus Premisliensibus modo obli
gatorio super bonis suis omnibus inscriptam plena
rie recepit et leuauit Racione cuius recepti et le
uatis ipsum et eius successores de eadem summa quietat
ac immunem perpetue facit. ipsamque inscriptionem ter

restrem Premisliensem sibi ab eodem super summa praedicta
factam Cum omnibus Condicionibus punctis et articulis
cassat mortificat et obliterat aeternis temporibus
bonaque praedicta ea ipsa inscriptione onerata iam exime
munda et libera facit de eisdemque praefatum contra eundem An
dream Stadnicki alii bonorum eorundem heredi condescen
di temporibus perpetuis sibi et suis posteris decernit
praemissorum silentium imponendo aeternum praefati sua
recognitione mediante. 487

Zamiechowski prorogat Solutionem Summae Prochnicky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren
Premisliensibus Generosus Gabriel Zamiechowski a palla
tinatibus terris districtibus jure ac foro suis qui
busuis propriis recedendo praefati vero jurisdicioni
se cum successoribus ac bonis suis quo ad infrascri
pta attinet incorporando sanus mente et corpore exi
stens publice alte ac per expressum recognouit
Quia solucionem summae Ducentorum florenorum pecu
niae et numeri polonicalis sibi per Generosum Bernardum
Prochnicki actis terrestribus Premisliensibus solui et reponi
Coram officio praefati pro Conuersionis Sancti Pauli
Apostoli proxime elapso inscriptam prout ipsa inscriptio
de praemissis copiosius testatur. Eidem Bernardo
Prochnicki ac posteris illius sine ad festum Con
uersionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum

prorogat et differt salua ac illesa ipsa inscriptione super eaque
summa sonantem cum omnibus suis condicionibus et ligamentis
permanente. Super quamquidem prorogationem solucionis
summe prefate prefatus Generosus Bernardus Prochnicz:
ki Stiborum coram officio et actis presentibus personaliter
stans recedens a iure foroque suo proprio mentoque
et corpore sanus existens ultro consensit et presentibus
consentit eamque pro rato et grato suscepit presentisque
recognicionis mediante

Budek Zamiechow

fily prorogat solutione summe

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Caste
Premisliensibus Generosus Stanislaus Budek a iure et foro
suo quouis proprio recedens presentisque vero iurisdictioni
se cum successoribus ac bonis suis quo ad infrascripta
1131 attinet incorporans sanus mente et corpore existens publice
ultro ac per expressum recognouit. Quia nomine
Generosi Joannis Budek filii sui Germani pro cuius
ratihabicione omnimoda infrascriptorum cauet seque cum
successoribus in bonis suis quibusuis omnibus sub vadio in:
frascripto inscribit solucionem summe Quadrin:
gentorum et triginta florenorum pecunie monete et numeri polonicalis
per Generosum Gabrielem Zamiechowski prefato Generoso
Joanni Budek actis terrestribus Premisliensibus pro fe:
sto Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime
elapso solui et reponi coram officio presenti inscripte
prout ipsa inscriptio de premissis latius testatur

eidem Generoso Gabrieli Zamiechowski et posteris illius
hinc ad festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli
proxime venturum prorogat ac differt salua ac illesa
ipsa inscriptione super eaque summa sonante in omnibus
illius condicionibus ac ligamentis permanente. Inscri:
bens se nihilominus cum successoribus suis in bonis suis 989
generaliter omnibus prefato Generoso Gabrieli Zamiecho:
wski et eius posteris pro eoque Generoso Joanne
Budek et eius posteris. Quod ipse et successores
eius prefatum Generosum Gabrielem Zamiechowski
et eius successores pro summa prefata Quadringen:
torum et triginta florenorum pecunie polonicalis ad tempus
suprascriptum videlicet ad festum Conuersionis Sancti
Pauli Apostoli proxime venturum iure non impe:
dient nec successores sui impedient aut etiam ipse
vel eius successores pro non solucione eiusque summe
citabunt. Sub vadio Quadringentorum et triginta
florenorum pecunie monete et numeri polonicalis ad soluendum successum:
bens. Pro quo quidem vadio si et in quantum se prefatus
Recognoscens cum successoribus suis eidem Generoso Gabri:
eli Zamiechowski aut eius posteris citare presumpserit
Extunc a suo foro proprio et competenti recedendo
coram officio presenti Castrensi Premisliensi in primo citationis
termino tanquam peremptorio iuri parere indere ac
pro citationis libere et submissioni presenti totius quibus opus
fuerit satisfacere cum successoribus tenebitur. Terminumque
eumque primum peremptorium et alios subsequentes
nullis modis cautelis motionibus appellationibus